DYAPASON VERO ET DYAPENTE TRIPLA COMPARATIONE COLLIGITUR HOC MODO · BIS DYAPASON QUADRUPLA CONLATIONE PERFICITUR · UNUM DYAPENTE AC DYATESSARON PERFICIUNT DYAPASON HOC MODO ·

DE TONO ET SEMI TONIIS ·

Ruſſus tonus in aequa diuidi non poteſt · cur autem poſterius liquebit · Nunc hoc tantum eſſe non ſuffigciat · quod numquam tonus in gemina aequa diuidit̄ · atq; ut id facillime comprobetur ſit ſeſquioctaua proportio viii & viiii · horum nullus naturaliter medius numerus incidit · hos igitur binario multiplicem · fiuntq; bis viii · xvi · Bis viiii · xviii · Inter · xvi · aut & xviii unus numerus naturalit̄ incidit · qui ÷ ſcilicet · xvii · qui diſponantur in ordine · xvi · & xvii & xviii · Igitur · xvi · & dece & viii collati · ſeſquioctaua retinent proportione · atq; idcirco tonū · Sed hanc proportione · xvii · numerus medius · Non in aequalia partit̄ · Comparatus enī ad xvi · habet in ſe totum xvi · & eius ſextam decimā parte · ſcilicet unitate · Si uero ad eum · id e · ad xvii · tertius id ÷ octauus decim̄ numerus comparet̄ · habet eum totū · & eius · xvii parte · Non igitur hiſdem partibus & minore ſuperat · & a maiore ſuperat̄ · & eſt minor pars xvii · maior xvi · Sed utraq; ſemitonia nuncupantur · Non quod omnino ſemitonia ex aequo ſint media ſed quod ſemiū dicis solet · qđ ad integritatē uſq; non peruenit · Sed inter haec · unum maius ſemitonium nuncupat̄ · aliud minus

i · ſexta decima pars

IN QUIBUS PRIMIS NUMERIS SEMI TONIU CONSTET ·

XVII Quod uero ſit integrum ſemitoniū · aut quib; primis numeris conſtet · nunc euidentius explicabo · Id enim quod de diuiſione toni dictum · e · Non ad hoc pertinet ut ſemitoniorū modos uoluerim̄ oſtendere · ſed ad id potius quod tonum in gemina aequa diceremus · non poſſe diſiungi · Diateſſeron quae · e · conſonantia · uocū quidem ÷ · quattuor · inter uallorū trium · Conſtat autē ex duob; tonis & integro ſemitonio · Sit enim ſubiecta diſcriptio · c xcii · cc xvi · cc xliii · cc Lvi · Si igitur c xcii numerus cc Lvi · comparet̄ · ſeſquitertia proportio fiet · ac diateſſeron concinentiā reſonabit · Sed ſi · cc xvi · ad cxcii · comparem · ſeſquioctaua proportio eſt · Eſt enī eorum differentia · xxiiii · quae eſt viii · pars de c xcii · Eſt igitur tonus

xxiiii

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 35 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/35)